

cula ciuilibus negotijs atque perturbationibus
urbanis legendo scribendoque licebat,
honestissime sanctissimeque trāsigere, post
habuimus: non hercle quod ignauie reprehē
sionem metueremus, neque quod illud uitē
di genus contemneremus ob humilitatem,
alioqui saluberrimum esse animo pariter at
que corpori liquet: non inflatur superbia, nō
pallet inuidia: odio nō incēdit, nullis iactatur
fluctibus; nullas pelago ventorumque mi
nas extimescit: atque (quod omniū pulcher
rimum existimo) non pendet a libidine for
tunæ, sed omnes rationes quum in se ipso col
locarit, iucundissimo sese ocio consolatur. ve
rum enim uero cogitanti mihi ac diligenter
animo prospicienti in quas calamitates & pe
ricula inuidia nouorum & improborum ho
minum casura esset nostra respublica, uisum
est absque cunctatione vires, ingenium, san
guinem, vitam etiam (si res postularet) ei pos
sibilem reipublice impendere, que quum
genuerit, educarit, litteris, ac bonis moribus
ornarit, ad hæc maiorū imaginibus satis red
diderit opulentū, hoc idē merito & suo iure a
me reposcere potuisset. Hanc ego vitam non
laudabilem tantum, sed Heroicam plane di
uinamque semper putauī; quid enim diuis